

essent ianue fanestre balchiones sive balestrate una vel plures, et tale edificium ascenderet ad medietatem vel ultra ianuarum fenestrarum balchionum sive balestra[ta]rum ipsius muri, et
 275 B talis vicinus habens dictas ianuas fanestras balchiones vel // balestratas in dicto muro nolet obstruere aptare vel stropare 5
 eas, quod tunc talis dictum edificium hedificans habeat libertatem ostruendi sive claudendi ipsas ianuas fanestras balchiones sive balestratas unam vel plures in tantum quantum esset et teneret medietas ipsius muri, ubi posite essent versus hedificium predictum, salvis tamen pactis et condicionibus inter 10
 ipsos vicinos existentibus. ¶ Preterea si qua persona habens aliquam domum antiquam in civitate Tergesti in aliquo introitu alicuius vicinitatis cum antiquis parvis grondis tecti talis domus, et ipsa domo antiquitus existente absque aliquo factumine extra murum ipsius domus versus introitus vicini- 15
 tatis predictae, quod talis persona potest levare et aptare talem domum de novo cum grondis tecti ipsius domus prout antiquitus erant et non ultra, non inferendo tedium dampnum sive gravamen vicino suo absque aliquo fatumine fiendo de novo, ultra id quod antiquitus erat, ponendo trabes extra 20
 murum predictum prout antiquitus erant. Salvo quod si talis persona haberet aliqua iura autenticha in contrarium.

Cap. LXVI. Rubrica de edificio facto inter virum et uxorem. R.ca.

Ordinamus quod, si vir vel uxor hedificaverit vel hedifi- 25
 care voluerit domum aliquam, vel plantaverit sive plantari fecerit vineam aliquam, super terram uxoris sue vel
 276 A in propria terra ipsius viri, quod // hedifitium sic factum super ipsa terra sit comune inter ipsos, satisfatiendo ille cuius terra non fuerit pro medietate valoris ipsius terre illi cuius 30
 dicta terra fuerit, in extimatione extimatorum comunis, si inter se concordare non possent. ¶ Preterea [quod de] quo(d)-libet fatumine ¹⁾ facto per virum in proprietate uxoris sue

¹⁾ fatumen factum.